

Georg Radow

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis, Georgius Radovius, Iuris
Doctor & Profess. Publ. ad serio meditandam Passionem Dominicam, &
fugiendam ex adverso Impiambacchanaliorum Festivitatem, Omnes Academiae
Cives, & imprimis Studiosam Iuventutem, serio adhortatur : [P.P. sub Sigillo
Rectoratus, ipsa Esto Mihi Dominica 1. Martii, Anno M. DC. LXXIV.]**

Rostochii: Kilius, [1674]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735984778>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA,

134.

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

GEORGIUS RADOVIVS,

Juris Doctor & Profess. Publ.
ad serio meditandam

PASSIONEM

DOMINICAM,

& fugiendam ex adverso

IMPIAMBACCHA-
NALIORUM FESTIVI-
TATEM,

Omnes Academiæ Cives, & imprimis Stu-
diosam Juventutem, serio adhortatur.



ROSTOCHII, Typus JOHANNIS KILI, Universit. Typogr.

R. H. - Prege 1674



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735984778/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735984778/phys_0001)

DFG



481

Uo menses exierunt, & quod
excurrit, Cives Academicí, cum ex-
orientem justitiae solem, h.e.nasten-
tem Jesulum Vobis proposui, & ad
eius memoriam dignè celebrandam,
contemplandaque salutis vestræ ini-
tia, Vos piè serioquè sum hortatus.
Jam ordo nos ducit ad Jesum pati-
entem, cujus recordatio eò Vobis
esse debet gratior, quò magis estis
certi, eum salutare redēptionis opus aggressum, Vosq; ad
summæ felicitatis terminum quotidiè propius accedere.
Ceterum ingentem hic prospicio Satanæ machinatio-
nem, qui tentationum suarum tela in ipsum Dei fi-
lium vibrare non veritus, iisdem miseros mortales plane ob-
ruere facillimum sibi ducet. Sed hoc monstro simile, quod
nunquam ea magis acuat, nunquamquè tristiores illis struat
insidias, quàm cum saluti suæ videt appropinquantes. Certè
nullà re magis, quam passione suâ, rem humanam juvit Re-
dēptor noster, regnumquè Satanæ destruxit; sed renovata
hæc miseriæ suæ nostræquè felicitatis memoria, in tantam eum
rabiem agit, ut nullo tempore magis in homines s̄avire stu-
deat crudelissimus hostis, seducendo eos, ac omnis generis
facinoribus inquinando. Novissis turpissimum ex longā jam
temporum serie inter homines introductum malū, BACCHA-
NALIA; novissis eadem de gente in gentem, de urbe in ur-
bem,

bem, & proh pudor! de gentibus in Christianos, de infidelibus in fideles propagata; novistis in republicâ Christianâ malè hactenus servatas eorumdem reliquias! Quem nisi Satanam putatis, aut impuro spiritu afflatum, detestabilia hæc sacra introduxisse, propagasse, confervasse? Talis omnino mihi videtur fuisse Græcus ille sacrificulus & vates, qui nulla cum arte earum, quæ multas ad animorum corporumque cultum eruditissima omnium gens in rem publicam Romanam invexerat, Bacchanalia primus in Italiam transtulisse legitur. Vah! quantum malum! Consul Romanus cum salutari indicio Æbutii atque Hispalæ Feceniae Bacchanalia in urbe esse comperisset, id populo denunciaturus simul ac tam detestabile crimen exprobaturus, hæc verba prolixæ orationi inseruit: *Nunquam tantum malum in republicâ fuit, nec ad plures nec ad plura pertinens. Qui quid bis annis libidine, quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario scitote ortum esse.* Non ignorabat id ipsum nobile illud scortum, Fecenia, cum amatorem suum, Bacchis initiatum, ut voto pro valerudine sua facto liberaretur, à tam execribili facto dehortatura diceret, omnia ibi nefanda primum patienda, deinde facienda esse; pudicitiam ejus, samam, spem vitamque perditum iri; mori denique sibi & illi satius esse, quam eò se precipitaret. Nimirum corruptelarum omnis generis hæc erat officina, ex quâ exhibant falsi testes, salsa signa testimoniaque & indicia, venena, intestinæque cædes, stupra promiscua ingenuorum fœminarumque; ibi vaticinia, ululatus, cantus symphoniarum, cymbalorum tympanorumque pulsus audiebantur; ibi jactatio corporis fanaticæ, Baccharū habitus, faces ardentes in aquam demissæ integraque flamma elatae, crines passi, in abditos specus

fol 2

abrepti

abrepti homines conspiciebantur, & quid multis? nihil
ibi facinoris, nihil flagitii prætermissum, & perpetrata
talia, quæ nisi ab amentibus fieri non potuerunt. Hinc
non difficile ad fidem est, Bacchanalia à bacchando appella-
tionem trahere. Bacchari autem nihil aliud est, quam
insanire ac furere, unde etiam Bacchus ipse Mœnoles,
quasi totus furens, dictus est, referente Eusebi⁹ cap. 5. l. 2.
de prepar. Evangel. & Bacchæ Mænades, inter quos Sileni,
Satyri, Bacchæ, Lenæ, & Chiæ, Mimallones, Najades, Nym-
phæ & Tityri sacris operabantur *Speidel. in specul. voc.*
Festnacht. Appositè *Plant. in Amphitr.*; Bacchæ Bacchan-
tis velia adversarier, ex insana insaniorē facies. Non a-
lio sensu in §. fin: *Inst. de success. subl.* libera mulier dicitur
servili amore bacchata, h. e. vehementius impotentius-
que agitata, correpta, & plane furenti similis. *Calvin.*
Lex. jurid. voc. Bacchæ. Eadem quoque ratione in l. 1. §. 2.
¶ 10. ff. *de adilit. Edict.* inter animi vitia computatur, si
servus circa fana bacchetur, & quasi demens responsa
reddat, atque inter fanaticos caput jactet. Quæ res à sa-
cerdotibus Bacchi originem sumplisse videtur, qui re-
sponsa & oracula daturi circa fana bacchari & comas ro-
tare solebant. *Virgil. 6. Aeneid. Lucan. 5. Juvenal. Satyr. 2.*
ut non sua sponte sed divino numine ferri crederentur.
Gothofred. add. l. 1. §. 9. n. 50. Ceterum insanos hosce
bacchantium furores quis crederet sanas hominum men-
tes potuisse occupare, rationemque humanam, divinæ
auræ particulam, puræque veritatis indagatricem soler-
tissimam, infernalibus technis succubuisse? Quod si vel
maxime veniā ac commiseratione dignam judicaremus
gentilium superstitionem, quorum cæca ignorantia dæ-
moniacis dolis facile fuit obnoxia, quid de iis dicemus,
qui Christianorum nomen gerunt, falsorumque numi-
num.

num atq; sacrorum discrimen à veris norunt, veritatis lu-
mine afflisi? Num gestus Bacchici moresq; ac quæ alia in
Ethnico illo Bacchanaliorum festo à malè seriatis peragi
nonnunquam solent, illum deceant, qui vestigia salva-
toris nostri premit? Num capiti convenientia talia mem-
bra deformat & omnis turpitudinis plena? Præclarum
est hanc in rem cuiusdam è veteribus dictum: *Pudeat*
membra deliciari sub capite spinis coronato. Sed quid non
perpetratur turpitudinis, ubi Satanus cum malitiâ huma-
nâ in honestatem conspiravit? Profectò tanti mali labes
cum gentilismo non finiit, sed ingentes ejus reliquæ vel-
ut contagione morbi, ad Christianos penetrarunt, & ma-
gna horum pars (proh dedecus!) majorem curam atque
zelum in fovendo, quam extirpando illò collocat. Or-
bis quondam caput, Roma, cum adhuc majorum suorum
Deos coleret, immortalem meruit gloriam, quod novos
illos, qui pravis & externis religionibus captas mentes
velut furialibus stimulis ad omnes scelus, & ad omnem
libidinem agebant, aspernata sit, Bacchanaliorumque
sacra perpetuo Senatus Consulto totâ Italâ ejecerit, sa-
cerdotibus illorum dignissimâ pænâ, indicibus verò ma-
gno præmio affectis. Jam verò, ubi totius Orbis Chri-
stiani caput se jactat, æternam sibi labem contrahit, quod
non saltim ista Ethnicorum ludibria æmuletur, sed &
cum aliis Italæ urbibus de eorundem magnificentiâ
certet. Adeò fœdè à se degeneravit illa urbium regina,
& (mirare dictu) cum adhuc colluvies pastorum facino-
rosorumque hominum videri poterat, majorem pieta-
tis zelum præ se tulit; quam cùm sedes Apostolica san-
ctorumque Virorum audire vult. Hæc, credo, est, quæ
reliquis exemplum præbet atq; excusationem, indulgen-
do præter consultum amplius aliquid corpori humano,

longi temporis jejuniis macerando. Non aliunde igitur descendere puto illam Germanorum vocem *Fasfnacht*/ quam Itali *carnevale* appellant, quasi carni vale dicturi, & quadragesimale jejunium inchoaturi. Vox enim *Fasfnacht*/ quæ nonnullis placet, sœdos istius temporis mores potius quam originem monstrat. Ceterum turpissimas hodierni temporis Bacchanaliorum ferias ita describit quidam in libro *de different. inter Polit. genuin. & diabol.* quod impii sese illis diebus ingurgitent, furentes & insanentes in publicum prodeant, larvati & personati per vicos & plateas discurrant, stultos ex professo agant, deridenda faciant & loquantur, Deo ingrati, naturæ injurii, hominibus molesti, Diabolo devoti, fatuos. & monos repræsentantes; unde quoq; vocem Germanicam *Mommerey / & Gallicam, mommeur*, derivat Speid. d.voc. *Fasfnacht* ex Anton. Verdier. es divers. lecons. c. 19. Mommus, inquit, c' est à dire mocqueur, nom convenable à tels hommes masquez, quine vont par les maisons, que pour se mocquer, bienqu' eux memes soient dignes de mocquerie. Per legem Francisci Galliarum Regis capitale erat personas induere, Masqueraden tragen / sich verkleiden / oder in der Mummererey gehen. Sed tam salutare Edictum Magistratum incuria antiquavit. Anglia majorem meruit gloriam, quod una omnium regionum sit, quæ ejusmodi personatas belluas non viderit nec videre voluerit, ut de ea scribit Polyd. Virgil. de rer. invent. l. 5. c. 2. Unde haud difficile ad fidem est quod Girard. tom. 2. de l' histoir. de France l. 22. f. 828. memorat, Johannam Virginem d' Orleans præcipue ob hanc causam ab Anglis concrematam fuisse, quod vestes & arma virilia sumisset. Et quis deniq; sanæ nec à diabolo occæcatæ mentis non videt Mummerorum sœditatem & intempestivam insaniam?

quorum


quorum multas classes scitè describit *Jac. Herrenschmidt de Bacchanal. pag. 27. & 28. & ex eo Carpzov. De finit. Eccles. 264 lib. 2.*
Jure sane divino abominabilis habetur mulier veste virili induuta, & vir utens veste fœminea *Deut. 22 v. 5.* Creatori suo atq;
Naturæ quasi exprobantes, quod in sexu erraverint; nec minus omnis larvarum usus quicquam impii habet admixtum, si-
ve bestiarum formam, sive memoriam Deorum gentilium &
cultus paganici repræsentent. Pontifex quidam legitur Viro
guidam docto, cum in Cardinalitio habitu eum deprehendisset,
quem Cardinalis quidam per jocum ipsi induerat, per pani-
tentiam injunxisse, ut Cardinalis esset & maneret. Quid si sum-
mus rerum arbiter, cuius Justitia non ita ludit, quemque larva-
tum adulterinam retinere formam juberet? videres sæpius ele-
gentis formæ homines conversos in deliras anus, deformes
Tartaros, cornutos, rostratos, caudatos, hirsutos, curvis un-
guibus monstrosos; alios oculis flammantibus planè terribiles,
fumum & scintillas ex ore, Cacodæmonis instar, exhalantes;
alios in saltantes Satyros, tripudiantes Mimos, tumultuantes
diabulos, histriones, funambulos, tristi atq; pudendâ metamor-
phosi transformatos. Præter hæc si ad animum admittantur
mille pericula quibus se exponunt isti larvati, quæque tot fu-
nesta exempla in dubium vocari non sinunt, *all. Herrenschmidt p. 58. seq.* & alia mala, quæ nunquam non Bacchanalia comitan-
tur, & homines ad lasciviam, stupra, adulteria, homicidia aliaq;
infinita peccata incitant, non mirum est, quod à pio Magistratu
tam vesanæ rei exercitium interdicatur. Fecerunt idipsum,
uti dictum, Romani adhuc Ethnici; ficerunt Reges Galliæ &
Angliae; fecit Theodosius Imp. insaniam larytorum funditus
evertens; testante *Theodore. l. 8. Histor. Eccles. c. 20. cire. fin.* Fe-
cit Serenissimus Saxonie Elector in Rescripto quod *all. antea de-*
fin. annexit Carpzov. Quorum laudabilia facta & nos imitari
gloriosum hactenus duximus, tamq; stultum furorem & furio-
sam

Sam stultitiam adhuc abominantes, Vos, Cives Academici, in praesentia-
rum hortamur, ut sancto hoc, quod inchoamus tempore ita vitam agatis, ne
tam nefanda rei quicquam perpetrasse, imò ne cogitatione quidem deli-
basse dicamini. In veteribus Bacchanaliorum sacris inter alia flagitia, feru-
las gestabant, & velut insanentes & furore afflati, thyrsis (hasta erat hædera
velata, Baccho sacra) obvios feribant. Vestrum nonnulli bacchantibus istis
in eo saltim videntur dissimiles, quod loco thyrsi utantur alii gladio, alii, vi-
trium suarum fiduciâ, lacertis: alii, qui & ferro & manibus diffidunt, [pudet di-
cere] fustibus. Quin eò impudentia processum est, ut à quibusdam non-
reverentiae magis, non dignitatis, non loci aut temporis habeatur ratio. Me-
moriâ excidit, aut contemnitur legum nostrarum authoritas, quarum dua-
decima sub pena Carceris vel relegationis prohibet nocturnas diurnasque
discursationes, belluinos clamores & boatus, omnes injurias, vim vel frau-
dem, verba vel facta aliorum corpora vel famam lædentia, & seditiones tu-
multus: At quid horum paucō tempore non perpetratum? quæ pars legis
non violata? Nemo tamen ignorat pro dignitate rei animadversum esse in-
eos, quos pars læsa vel fama reos fecit. Ceterum hi, omnesque qui nostram
agnoscunt jurisdictionem, sibi persuasissimum habeant, non deesse nobis a-
nimum exasperandi pœnas, quas cum delictis crescere publicè inter est. At
quanto satius foret, unumquemque vitam agere innocentem, nullisque pra-
vis facinoribus sibi consciam! Eò vos invitat tempus illud sanctissimum,
quod inchoandum nobis est, quo Salvator noster exemplo suo evincit, multò
præstare mala pati, quam mala agere. Enimvero quid non percessus est ab
impiis Iudeis sanctissimus Dei filius: contumeliosa verba, flagra, spinas, vul-
nera & ignominiosam mortem. Quæ utinam non cogeretur pati etiamnum
hodiè à multis qui Christianorum nomen præ se ferunt, re ipsa nihil minus
quam Christiani, qui curios simulant & Bacchanalia vivunt. Vestrum erit,
O Mei, curare, ne ex eorum sitis numero, qui flagitiosa vitâ Dominum de-
nuo produnt, illudunt, conspuunt, flagellant atque occidunt. Cum enim
ipse vitam suam pro vestra dederit, omuem quoque vitam vestram ipsi debe-
tis. Omnis vestra voluptas, omnis amor sit in crucifixo, qui passio-
ne suâ Vobis acquisivit securam mortalitatem, &
immortalitatem beatam.

P.P. sub Sigillo Rectoratus, ipsâ ESTO MIHI Dominica
I. Martii, Anno M. DC. LXXIV.



quorum multas classes scitè describit *Jac.
Bacchanal.* pag. 27. & 28. & ex eo *Carpzov.*
 Jure sane divino abominabilis habetur
 dux, & vir utens veste foeminea Deut. 22.
 Naturæ quasi exprobantes, quod in sexu
 nus omnis larvarum usus quicquam imp
 ve bestiarum formam, sive memoriam
 cultus paganici repræsentent. Pontife
 cùdam docto, cum in Cardinalitio habu
 quem Cardinalis quidam per jocum ipsi
 tentiam injunxisse, ut Cardinalis esset &
 mus rerum arbiter, cuius Justitia non ita
 tum adulterinam retinere formam jube
 gentis formæ homines conversos in de
 Tartaros, cornutos, rostratos, caudato
 guibus monstrosos; alios oculis flammar
 sum & scintillas ex ore, *Cacodæmon*
 alios in saltantes Satyros, tripudiantes M
 diabulos, histriones, funambulos, tristi at
 phosi transformatos. Præter hæc si ad
 mille pericula quibus se exponunt isti la
 nestæ exempla in dubium vocari non sinu
 p. 58. seq. & alia mala, quæ nunquam non
 tur, & homines ad lasciviam, stupra, adul
 infinita peccata incitant, non mirum est,
 tam vesanæ rei exercitium interdicatur,
 uti dictum, Romani adhuc Ethnici; fec
 Angliae; fecit Theodosius Imp. insaniam
 evertens; testante *Theodore.* l. 8. *Histor.* E
 cit Serenissimus Saxonæ Elector in Rescri
 fin. annexit *Carpzov.* Quorum laudabi
 gloriosum hactenus duximus, tamq; stul



the scale towards document

Midt de
 f. 264 lib. 2.
 e virili in
 ri suo atq;
 ; nec mi
 mixtum, si
 ntilium &
 gitur Viro
 hendisset,
 per pæni
 lid si sum
 que larva
 æpius ele
 desformes
 curvis un
 terribiles,
 xhalantes;
 ultuantes
 metamor
 mittantur
 ue tot fus
 nschmidt
 comitan
 idia aliaq;
 Magistratu
 idipsum,
 s Galliae &
 funditus
 re. fin. Fe
 l. ante a de
 os imitari
 n & furio
 sam



↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓

↑

↓